GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.
Seite 85r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

se dedisse testatur. Sed notandum uideo quod eundem
ymbrem non uehementem sed uehementissimum uocat.
Ymber uehemens est uis magna. ymber uero uehe
mentissimus est uis maxima predicationis. Ue
hemens namque ymber erat. cum predicatores sancti
credere eterna suadebant. ymber autem uehemen
tissimus. cum propter spem ammonebant rem
deseri. cuncta uisibilia contempni. et propter audi
ta gaudia presentes penas cruciatusque tolerari.
Sed cum fide cognita seuiente estu persecutio
nis tot electi possessa reliquerunt. carnales
affectus obliti sunt. et pro gaudio spei in crucia
tibus membra posuerunt. quid aliud fecit nisi eti
am uehementissimo ymbri cursum dominus prebuit. qui
usque ad exequenda summa precepta corporis in
uisibilia cordis irrigauit. Ubi et apte sub
iungitur. Et uiam sonantis tonitrui. Quid per
tonitruum. nisi predicatio superni terroris acci
pitur. Quem terrorem dum percipiunt humana
corda. quatiuntur. Aliquando uero in tonitruo
ipse incarnatus dominus figuratur. quia ex anti
quorum patrum conueniente prophetia. ad noticiam
nostram quasi ex nubium concursione prolatus est.
qui inter nos uisibiliter apparens. ea que super
nos erant terribiliter sonuit. Unde et ipsi sanc
ti apostoli de eius gratia generati. boanerges id est
filii tonitrui uocati sunt. Aliquando autem sicut
dictum est tonitruum ipsa eius predicatio acci
pitur. per quam supernorum iudiciorum terror auditur. Sed quia
quilibet predicator uerba dare auribus potest.
corda uero aperire non potest. et nisi per internam
gratiam solus omnipotens deus predicantium uerbis ad
corda audientium inuisibiliter aditum prestet.
incassum predicatio aure audientis percipitur.
que peruenire ad intima surdo corde prohi
betur. Seque dominus uiam sonantis tonitrui dare
asserit. quia cum predicationis uerba tribuit.
per terrorem corda compungit. Hanc uiam pau
lus predicator egregius dum superna mysteria
terribiliter insonaret. se a se habere non pos
se conspiciens. discipulos ammonebat dicens. Oran
tes ~~pro nobis~~ simul et pro nobis. ut deus aperiat
nobis hostium uerbi. ad loquendum mysteri
um christi. Qui ergo loquebatur mysteria christi. sed in
corde audientium eisdem mysteriis aperiri hosti
um precabatur a domino. habebat quidem iam tonitru
um. sed dare ei desuper uiam querebat. Hanc
uiam nequaquam se iohannes dare posse cognoue
rat. qui dicebat. Non necesse habetis ut ali
quis doceat uos. sed sicut unctio eius docet uos
de omnibus. Hanc uiam rursus paulus quis
daret intimabat. dicens. Neque qui plantat
est aliquid neque qui rigat. sed qui incrementum dat
deus. Accepta ergo uia. quid iste ymber ac toni
truus agat. audiamus. Sequitur. Ut plueret
super terram absque homine in deserto. ubi nullus
mortalium commoratur. Super terram absque homi
ne in deserto pluere est. uerbum dei gentilita
ti predicare. que dum nullum cultum diuini
tatis tenuit. nullam in se speciem boni operis
ostendit. uidelicet desertum fuit. In qua quia legis
lator non fuit. et qui rationabiliter deum quere
ret non fuit. quasi hominum nullus fuit. et
uelut solis bestiis occupata uacua a mortalibus
extitit. De hac deserti terra alias dicitur. Posuit in de
serto uiam. De hac predicatione gentilitati con
cessa. psalmista testatur dicens. Posuit flumi
na in deserto. Notandum uero est quod postquam celitus super terram
diuisus est cursum uehementissimus ymber
accepit. ut in deserto plueret. quia postquam in
iudea asperitas persecutionis inhorruit. ut non
solum fidem minime reciperet. sed eam etiam gla
diis impugnaret. ad [illegible] missus quisque predi
cator ad euocandas gentes deflexit. Unde
sancti apostoli hebreis persequentibus quos deserunt.
dicunt. Vobis oportebat primum loqui uerbum

85